UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aurea Rosa id est preclarissiam[!] expositio sup[er] euangelia totius anni: de Tempore [et] de Sanctis. tam s[ecundu]m ordine[m] Predicato[rum] q[uam] s[ecundu]m Curia[m]

Mazzolini, Silvestro

[Augsburg], 31. Okt. 1510

VD16 M 1750

D[omi]nica sedecima post Trinitate[m] Text[us] eua[n]g. Lu. ca. vij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70429

Visual Library

dentiā de oibꝰ que fiunt: imo ipe exequit̃ ꝓuidentiā ſuā. q̄r ipe mouet in oi mouente: et ſine eo tota natura nō poſſet mouere capillū: ſicut nec̨ baculus lapidē ſine manu: nec manꝰ ſine brachio: nec brachiū ſine homie. Mouere aūt aliquid ad ſuum finē ꝑ intellectū: eſt habere ⁊ exeq̄ ꝓuidentiā circa talē rem motā

Quantū ad tertiū chr̄s hortat̃ nos ad firmiter tenendū cōcluſionē ſuam: dicens (Nolite ḡ ſolliciti eſſe). ſ. ſupflue ⁊ anxie: vt d̄r glo. (dicētes: q̄d māducabimꝰ: aut q̄d bibemꝰ: aut q̄ opiemur) Sic em̄ q̄rere ptinet ad eos q̄ diuinā ꝓuidentiā negant circa ſingulares hoim actꝰ: vt d̄r ſanctus Tho. ſup Mat. ideo ſubdit̃ (Hec em̄ oia gentes inq̄runt) Quia ſcꝫ in rebꝰ hūanis credunt eſſe fortunā ⁊ nō ꝓuidētiaꝫ: vt d̄r Chryſ. ſup Mat. Et ſubdit. Qui āt credit ſe iudicio dei gubernari: eſcā ſuam in manu dei cōmittat. cogitet aūt de bono ⁊ de malo: de quo niſi ſollicitus fuerit: nec̨ malū fugiet: nec̨ bonū apphendet. Hec ille. Et nota q̄ ꝑ victū ⁊ veſtitū oia neceſſaria intelligunt̃: ꝓ q̄bꝰ ſpare debemus in dn̄o: faciendo q̄d in nobis eſt. ideo ſubdit̃. (Scit em̄ pater veſter q̄r his oibꝰ indigetis) Et ſm̄ Chryſ. nō dixit: ſcit deus. ſed ſcit pater. vt nos magꝫ ad amorē ⁊ ſpem ducat. Qualis em̄ eſt pater q̄ ſuſtinet neceſſaria filio nō dare: Si aūt eſſent ſuperflua/ nō ita oporteret confidere. Hec ille. (Querite ergo p̄mū) i. ex p̄ncipali intentione ſm̄ Aug (regnū dei) i. vitā eternam q̄ eſt finis nr̄ debitꝰ (⁊ iuſticiā eiꝰ). i. viā ꝑ quā venit̃ ad illud regnū ſm̄ Chryſo. (et hec oia) ſcꝫ tp̄alia ſm̄ Aug. (adijcient̃ vobis) ſm̄ q̄ erit vobis expediens ſm̄ Aug. ſuppoſita tn̄ debita ſollicitudie: q̄ ſm̄ Auguſt. notat̃ in hoc q̄ d̄r p̄mū. Significat̃ em̄ q̄ ſecūdario tp̄alia ſunt q̄renda: aliter deū tentaremꝰ. Patet ergo ꝯcluſio intenta q̄ ſollicitudinē ſupflua ⁊ anxiaꝫ vitare debemus. Ex q̄ ſequit̃ corollarie q̄ ſiquis ambulet in veritate coraꝫ deo ⁊ faciat q̄d poteſt: aut n̄ deficiet in neceſſarijs: aut veritas mētita eſt. Eſt ⁊ aliud ex dictꝫ notādum q̄d hoiem in oibus aduerſis ſufficit conſolari. ſ. q̄ deus habet oim etiā in ſpeciali ꝓuidentiā. Hoc em̄ eſt dicere q̄ nulla res tibi accidit quantūcunq̨ minima niſi deo ſciente ⁊ volēte: vel ſaltē ꝑmittēte ad aliquē bonū finem.

Dn̄ica ſedecima poſt Trinitatē Textꝰ euāg. Lu. ca. vij.

i Bat ieſus in ciuitatē q̄ vocatur naim. ⁊ ibāt cū illo diſcipuli eius ⁊ turba copioſa. Cum autē appropiquaret porte ciuitatis: ecce defūctus efferebat̃ filius vnicus matris ſue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidiſſꝫ ieſus miſericordia motus ſup eaꝫ: dixit illi. Noli flere. Et acceſſit ⁊ tetigit loculū. Hi aūt qui portabāt ſteterūt. Et ait. Adoleſcēs tibi dico ſurge. et reſedit q̄ erat mortuus ⁊ cepit loq̄. Et dedit illuꝫ matri ſue. Accepit autē oēs timor: et magnificabant deū dicētes: Quia ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis: ⁊ quia deus viſitauit plebem ſuam

i Bat Jeſus in ciuitatē q̄ vocat̃ naim ⁊c̄. Luc. vij. Circa ſuſcitationē adoleſcentis de q̄ in p̄nti euangelio fit mentio/ tria pūcta tangunt̃: que ſunt Magna deſolatio: magna miſeratio: et magna conſolatio.

Quātū ad p̄mū litteral̃r tāgit̃ magna vidue deſolatio: cū d̄r (Ibat ieſus in ciuitatē que vocat̃ naim) Eſt autez naim ſm̄ Bed. quedā ꝑua ciuitas galilee: ſecundo miliario diſtās a mōte thabor (Et ibant cum eo diſcipuli eiꝰ ⁊ turba copioſa) ex diuina ordinatiōe: ſm̄ Bed. vt eſſent tanti miracli teſtes. Ibat etiā turba cū ieſu q̄ntū erat ex ſe ꝓpt̄ varias cās dictas ſepiſſime: ſed p̄cipue ꝓpt̄ deuotionē ad doctrinā ⁊ miracl̄a eiꝰ (Cū āt appropinq̄ret porte citatꝫ: ecce d̄fūctꝰ efferebat̃) ad ſepulturā q̄ āntiq̄tꝰ erat extra ciuitatel: ne ex corru

ptione ⁊ putrefactione cadauer̄ inficeret
habitatio(fili⁹ vnicus).i.ſolus(mr̄i ſue.et
hec vidua erat) Grego.niſſe.Erūne molē
breuib⁹ ṽbis explicuit.Dr̄ vidua erat:q̄
nō ſperabat vlteri⁹ filios ꝓcreare.Nō ha
bebat in quē aſpectū vice defuncti dirige/
ret.Hūc ſolū lactauerat:ſol⁹ aderat ala/
critatꝫ cauſa in domo.Nihil matri dulce
ac ṗcioſum niſi hic ſolus extiterat.Miſe/
rāda paſſio:⁊ ad fletū ⁊ ad lachrymas po
tens ꝓuocare.Hec ille.

In hac ṗte eſt documentuꝫ vt pietatis
opa libēter ſectemur.Turba em̄ hui⁹ciui
tatꝫ q̄ defunctū efferebat:meruit videre
mirabilia chr̄i. Eſt etiam documentum
q̄ iſte mortu⁹ erat adoleſcens:ideo caue/
ant adoleſcētes q̄ ſunt alijs ad mortē aie
ꝓniores:et frequēti⁹ moriunt̄:niſi conent̄
hr̄e conditiōes ṽtuales:refrenantes eorū
ꝯditiōes naturales.Conent̄ igit̄ ꝯ etateꝫ
laſciuiorē habere diſciplinatā ꝯuerſatio/
nē:maxie ꝑ obediētiā ad ſeniores. Et ſe/
cūdo ꝯ ſuā pulcritudinē hr̄e elōgatiōem
a ꝑſonis male appetētib⁹:maxie adoleſcē
tule.Et tertio q̄ faciliter aſſueſcūt:debēt
conari vt ſua ꝯſuetudo ſit circa bona:iu/
xta illō Thren̄.iiij.Bonū erit viro cum
portauerit iugum dn̄i ab adoleſcētia ſua.
Et q̄rto q̄ pax ſūt experti:debent eē tardi
et rari in loq̄ndo. Et q̄nto q̄ ſūt agilio/
res ⁊ magꝫ i motu:debēt eē etiā ſeruitia/
les vt mor⁹ſuos exerceāt in ſeruitio ſeni/
orū:maxie in religiōib⁹:vbi pr̄es occupā/
tur circa maiora:puta ſtudia ⁊ ṗdicatōes
⁊ orōnes et hmōi:in q̄b⁹ iuniores nō pn̄t
eſſe ita fructuoſi.Vn̄ in ſignū hui⁹ad im/
periū dn̄i iſte etiaꝫ a mortuis reſurrexit.et
mltō magꝫ ad ṗceptū ſenioris dꝫ adole/
ſcēs a dormitiōe ſtatim ⁊ alacrit̄ euigilare

Quātū ad ſcd̄m dr̄ (Quam cū vidiſſet
dn̄s miſcd̄ia mot⁹ſup illā) Chr̄s em̄ ſicut
vere naturā hūanā aſſumpſit:ita aſſum/
pſit oēs naturales affect⁹ q̄ naturā conſe/
quunt̄.Ideo fuit etiā inq̄ntū hō natura/
liter valde pi⁹ ⁊ cōpatiēs.q̄ nat⁹ ē de ma
tre miſcd̄ie ⁊ de pr̄e miſcd̄iar̄ ⁊ toti⁹ con/
ſolatiōis:vt dr̄.ij.Cor.j.(Dixit illi No/
li flere) q̄ſi diceret ſm̄ Bedā.Deſiſte q̄ſi
mortuū flere:quē mox reſurgere videbis
Hec ille.(Et acceſſit ⁊ tetigit loculū).i.fe
retrū.Vt aūt ſuā hūanitatē oſtēderet or/
ganū eē diuitatꝫ:ſm̄ Ciril.loculū tetigit
cum poſſet ſolo ṽbo ſanare.Sicut em̄ vt
idē ait/ferr̄ adiūctū igni ꝑficit op⁹ ignis:
ſic caro cōiūcta ṽbo/effecta ē viuificatiua
et mortꝫ expulſiua.(Hi autē q̄ portabant
ſteterūt)forte ſperātes qd̄ futur̄ erat.

In hac parte eſt documentū q̄ in fune
rib⁹ nr̄is debem⁹ ex futura reſurrectōe ſo/
latiū cape.Tit⁹.Iubens aūt ceſſare a la/
chrymis q̄ cōſolat̄ meſtos:monet nos ṗ/
ſentib⁹ defunctꝫ ꝯſolationē recipe:reſurre
ctionē ſpantes.Hec ille.

Quantū ad tertiū dr̄ Titus.Nō ē ſal/
uator ſitis helie flenti filiū ſareptane:nec
q̄lis heliſe⁹ q̄ ꝓpriū corp⁹ ſup corp⁹ poſuit
defuncti:nec q̄lis petr⁹ q̄ ꝑ tabita orauit:
ſed ipſe eſt q̄ nō entia velut entia vocat:q̄
mortuos ⁊ viuos alloq̄ poteſt.Hec ille.
Vn̄ ſequit̄ (Et ait:Adoleſcēs) Sicut di
cit ſ.Tho.iiij.di.xl.ſex ſt̄ hois etates ſm̄
ſex notabiles varietates in ſtatu ei⁹.Pri/
ma ē infantia vſq̄ ad ſeptimū annū.Se/
cunda pueritia vſq̄ ad decimūq̄rtū.Ter/
tia adoleſcētia vſq̄ ad vigeſimūoctauū.
Quarta iuuēt⁹ vſq̄ ad q̄nq̄geſimū.Qui
ta ſenect⁹ vſq̄ ad ſeptuageſimuꝫ.Sexta
vſq̄ ad finē.Iſte ḡ ingrediebat̄ florē eta/
tis.Et ſic dr̄ Gre.niſſe.incipiebat emitte/
re barbam (tibi dico)ꝓpria autoritate:nō
orādo vt helias (ſurge)a ſtatu mortis ad
ſtatū vite.Tit⁹.Incūctāter aūt erect⁹eſt:
cui ſunt mādata directa. Diuia em̄ ptās
eſt irrefragabilis:nulla mora:nulla orati/
onū iſtātia.Hec ille.Vn̄ ſequit̄(Et reſe/
dit q̄ erat mortu⁹ ⁊ cepit loq̄)in ſignū ve/
re reſurrectiōis:ſm̄ Titū.Vn̄ ⁊ de ſimo/
ne mago legit̄ q̄ mortuū ſuſcitauerit ap
parēter:ſed loq̄ nō potuit.Quō aūt locu/
tio ⁊ ābulatio ⁊ comeſtio ⁊ hmōi poſſint
eē ſig̃ efficacia ṽe reſurrectiōis:vide feria
iij.p⁹ paſca.(Et dedit illū mr̄i ſue)et cū fi
lio dedit ei ꝯſolationē infinitā q̄dāmodo
(Accepit aūt oēs)aſtātes (timor)admira
tionis.Vn̄ ⁊ h̄ factū vt dr̄ euāgeliſta:fuit
diuulgatū tanq̄ mirabile ꝑ totā iudeā:⁊
in circūitu regiōis.(⁊ magnificabāt deū)
i chr̄o filio ei⁹(dicētes:q̄ ꝓpheta magn⁹)
antonomaſice.i.ille de q̄ ṗdixerat Moy/
ſes Deutero.xviij.Prophetaꝫ ſuſcitabo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eis.qȯ de chr̄o meſſia intelligit(ſurrexit i
nobis)Dicunt āt ſpūales viri ſurgere qñ
eleuant ad aliquā excellentē ſcitatez vel
aliud donū dei.Sic em̄ eleuant a cōi ſta-
tu hoim ad altiorē(Etqꝛ deꝰ viſitauit ple
bē ſuā)mittēdo ei ſaluatorē expectatū diu

Eſt āt notandū ꝙ ſicut dr̄ Maximus
idoneū eſt dicere ꝙ ſeptē reſurrectiōes añ
dñicā narrant.qꝝ pˀma eſt filij ſareptane
Scȯa filij ſunamitis.tertia q̄ facta eſt in
reliquijs heliſei.q̄rta q̄ facta ē in naim.q̇n
ta filie archiſynagogi. ſexta lazari.ſeptia
i chr̄i paſſiōe.multa nāqꝫ corpa ſurrexert.
Octaua eſt chr̄i:q̇ expers mortis remāſit
vlteriꝰ:in ſignū ꝙ cōis reſurrectio q̄ futu
ra eſt nō tollet morte:ſꝫ indiſſolubil̄ ꝑma
nebit.Hec ille.Utꝝ āt q̇ in chr̄i paſſione
ſuſcitati ſunt/ſint iterꝝ mortui:ſicut dr̄ hic
Maximꝰ:eſt dubiū apȯ aliq̄s.Nā ſicut
dr̄ ſctūs Tho.iij.pte.q.liij.Hieroñ.h̄ ſub
dubio relinq̇t.Aug.āt ad euo.dr̄.ꝙ ſunt
denuo mortui:cuiꝰ rōnes ſunt efficacio-
res q̄ꝫ rōnes Hiero.Jō tenet ſcūs Tho.
ꝙ chr̄s fuit pˀmꝰ q̇ ſurrexit:nō moriturꝰ.
Et etiā ipe Hiero.dr̄:ꝙ ſi illi ſurrexerūt
imortales:ſurrexerūt poſt chr̄m.Jn hac
parte exēplū habēt vidue deſolate ſperan
di in chr̄m:ꝛ recurrēdi ad ipm:ꝛ ꝯſolabit
eas:qꝛ nō minꝰ eſt miſericors mō q̄ꝫ tūc
eſſet qñ flentē viduā ꝯſolatꝰ eſt.Uñ.j.ad
Timo.v.Que vere vidua eſt ꝛ deſolata/
ſperet i dño ꝛ inſtet orōnibꝫ ꝛ obſecratio
nibꝫ nocte ꝛ die.

Moralit̄ ſm oēs ſctōs iſte defunctus
ſignificat pctōrez.Eſt em̄ pctōr ad inſtar
mortui pˀmo frigidꝰ:q̄ frigiditas ꝓuenit
ex vento aquilonari ſuggeſtionis diabo-
lice:ꝛ ex frigido veneno peccati:ꝛ extin-
ctōe ignis diuini amoris.Scȯo eſt pōde-
roſus adeo ꝙ deꝰ ipm ſuſtinere nō pt̄:ſed
mergit de pctō i pctm̄.Greg.Pctm̄ qȯ ꝑ
pniam nō diluit:mox ſuo pōdere ad aliȯ
trahit.Hec ille.Et tandē mergit i abyſſū
Tertio eſt fetidꝰ.Uñ ꝛ ꝑ porcos ſignifi-
cant pctōres:in q̄s diaboli petierūt mit-
ti.Monumentū āt pctōris eſt mala ꝯſue
tudo:a q̄ q̇s cū magna difficultate reuo-
cat:in cuiꝰ ſignū dñs reſuſcitaturꝰ lazaꝝ
fleuit ꝛ orauit.Portitores aūt ad malam
ꝯſuetudinē deferētes ſūt q̄ttuor q̄ faciūt i
pctō ꝑſeuerare.ſ.fiducia diu viuēdi:ꝯſide
ratio aliene culpe:fiducia i miſcd̄ia dei:ꝛ
blāda adulatio.Ul' ſūt q̄ttuor genera paſ
ſionū anie.q̄ nos ad mala impellūt.Pri-
mū eſt exiſtētiū i iraſcibili reſpectu boni.
vt amor:deſideriū:delectatio vl' gaudiū.
Scȯm exiſtētium ibidē reſpectu mali:vt
odiū:fuga dolor vel triſticia.Tertiū ē exi
ſtētiuz i iraſcibili reſpectu boni:vt ſpes ꝛ
deſperatio.Quartū vo exiſtētiū ibidē re-
ſpc̄u mali:vt timor:audacia ꝛ ira.De his
vide.j.ij.q.xxiij.Porta āt extra quā fere
bat ſm Beȯ.ē q̇cūqꝫ corporeꝰ ſenſus:ꝑ
quē exercet pctm̄.Uidua āt ſui ſpōſi pñ-
tia ȯſtituta ē ſctā mr̄ eccl'ia:q̄ ſup pctōribꝫ
plāgit.Ad cuiꝰ lachrymas ſepe chr̄s ſuſ-
citat mortuos:verā tribuens eis pniam:
quā ſine diuio auxilio facere nequiſſent.
Cōferebāt ad h̄ turba q̄ erat cū vidua.i.ſci
q̇ ſūt i via ꝛ q̄ erat cū chr̄o.i.ſcti pr̄ie:q̇ ꝓ
nob orāt Eſt āt notādū ꝙ tres tm̄ chr̄s
mortuos legit ſuſcitaſſe:q̄ꝫuis ſm Aug.
ml'to ples fuerit.ꝛ h̄ ꝓ mag̃ myſterio ſm
ſctōs.nā filia archiſynagogi fuit ſuſcitata
adhuc exiſtēs itra domū:iſte āt adoleſcēs
extra domū:ſꝫ nō de ſepulcro:lazarꝰ āt de
ſepulcro.Per hos āt ſcant tres pctōres.
Primꝰ ē pctōr i cogitatiōe tm̄ q̄ſi i domo
q.ſ.ꝯſenſit q̇dē i pctm̄:ſꝫ nō executꝰ eſt il-
lud Scȯs ē in oꝑe tm̄ ꝛ nō hñs ꝯſuetudi
nē malā q̄ ꝑ ſepulcꝝ ſcat.Tertiꝰ eſt q̇ iā
intrauit h̄ fetidū ſepulcꝝ:ꝛ mag̃ difficul-
tatis lapide claudit.Nullꝰ aūt iſtoꝝ fuit
ſuſcitatꝰ ſine fletu:ſed maior fuit i ſuſcita
tiōe tertij.Nā i pˀmo mortuo vt dr̄ Mar
ci.v.fuit fletꝰ.ſ.parētū:ꝛ ſil'r h̄ fiebat.Et
circa lazaꝝ fleuit martha:fleuit maria:fle
uerūt iudei:fleuit chr̄us.qꝛ tales pctōres
cū maiori difficultate curant

Dñica.xvij.poſt Trinitatꝫ. Textꝰ euāgel'.Luc.c.xiiij.

c

Um intraret ieſus in
domū cuiuſdā princi
pis phariſeoꝝ ſabba
to māducare panē:ꝛ
ipi obſeruabāt eū.ecce hō q̇dā
hydropicꝰ erat ante illū.Et re-